

## ACTS OF WALERAN II, COUNT OF MEULAN AND WORCESTER

### No. 1 Alan his butler

*Notification of a grant to Alan of a payment of 100 shillings annually in hereditage to be drawn from the market dues of Pont Audemer (Eure) until he should offer an exchange in land. His officers are to pay the rent in full, keep watch over and maintain Alan's wife and all his property and keep them from harm. [1142 × 1153]*

B = Cartulary of St-Pierre-de-Préaux, Evreux, archives départementales de l'Eure, H 711, fo. 37v (s.xiii<sup>inc</sup>).

Printed, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, ed. D. Rouet (Paris, 2005), 230-1. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 680, no. 68.

### B

Gualerannus<sup>a</sup> comes Mellenti A. uxori sue et Roberto de Nouoburgo et prepositis de Ponte audomer et balliuis et omnibus hominibus suis tam presentibus quam futuris, salutem. Sciatis me dedisse Alano pincernario meo in feodo et hereditate c. solidos per annum de stalis meis Pontis audomer donec ei in terra escangium suum donem. Quare uolo et firmiter precipio quod eos plenarie habeat. Precipio autem quatinus uxorem suam et omnia sua custodiatis et manuteneatis ita quod nullus eum in aliquo minuat nec ei iniuriam faciat. Testibus<sup>b</sup> Willelmo capellano Willelmo de Pinu Roberto de Formouilla Radulfo de Manniulla Roberto Rosell'.

<sup>a</sup> Gualerannus B. <sup>b</sup> testes B.

The act must date to a time after Waleran's second marriage in the winter of 1141-2, and must be before the death of Robert du Neubourg in 1159. By 1153, and probably indeed by 1150, Alan de Neuville had transferred to the service of Duke Henry, so the act is likely to have been issued well before then (D. Crouch, *The Beaumont Twins: the Roots and Branches of Power in the Twelfth Century* (Cambridge, 1986), 143). For Alan's apparent engagement in the business of the count's wines and vineyards, see no. 0 below.

### No. 2 Beaumont-le-Roger, collegiate church of Holy Trinity

*Notification of a grant of the tithe of La Charmoie (Eure, comm. St-Christophe-sur-Condé) which Richard Chantel held, for the common fund of the college [1131 × 1142]*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fos 9v-10r (s.xiii<sup>med</sup>). C = Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13905 (*Chronicon Beccense*), p. 125 (s.xvii<sup>fin</sup>) partial copy.

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 25. Noticed, A. Porée, *Histoire de l'abbaye du Bec* (2 vols, Evreux, 1901) i, 415; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 656, no. 32.

## B

G. comes Mellenti Will(elm)o de Pinu et Will(elm)o con(estabulario) et (Ra)d(ulfo) fil(io) Dur(andi) et omnibus fidelibus et baronibus et hominibus et amicis suis, salutem. Sciatis me dedisse et concessisse ecclesie et canonicis sancte Trinitatis de Bellomonte ad communem panem ipsius ecclesie decimam de Charmeia, illam videlicet quam Ric(ardus) Chantell' habuit et tenuit. Et volo et precipio ut<sup>a</sup> bene et in pace et honorifice eam teneant. T(estibus) W(i)ll(elmo) filio Rob(erti) et Rob(erto) Pip(ard) et Roger(o) de Luxov' et Herueio de Herocuria et Willelmo de Wateuilla et Ricardo Fresnel et Waltero de Walle et multis aliis<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> fo. 10r B. <sup>b</sup> multi alii B.

The grant does not appear in Henry I's 1131 confirmation to the college, which became a regular priory of the abbey of Bec in 1142.

### No. 3 Beaumont-le-Roger, collegiate church of Holy Trinity

*Record of the count's institution in the college of a common fund for the improvement of the church's organisation, according to the custom of the cathedral of Evreux and other churches [1120 × 1131]*

B = Evreux, Archives départementales de l'Eure, H 1753 (s. xii<sup>med</sup>) mutilated pancarte of collegiate church of Beaumont. C = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 2v (s.xiii<sup>med</sup>) quasi original modelled on B. D = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 5r-v (s.xiii<sup>med</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 8-9, 14, from CD.

## B

Post mortem Rob(er)ti comitis de Mellent regnante adhuc Henrico rege Anglorum. Gualerannus comes de Mellent pro anima patris sui bone memorie comiti[s ...] et pro redemptione anime sue et parentum et amicorum suorum in prefata ecclesia sancte Trinitatis ad honorem dei et ad amplificationem seruitii sancte illius matris ecclesie, panem communem [feci institui secundum]<sup>a</sup> consuetudine uidelicet sancte matris Ebrouicensis ecclesie et aliarum ecclesiarum hanc institutionem tenentium.

<sup>a</sup> inserted from phrasing of CD.

### No. 4 Beaumont-le-Roger, collegiate church of Holy Trinity

*Record of the count's confirmation to the college of the church of St Peter of Beaumontel (Eure) and all that Richard of Beaumontel held in that village, with the provision that Philip [de Harcourt], dean of Beaumont, who had worked hard to acquire this for the college, should hold half of the tithe of Beaumontel for his lifetime, unless he decide to hand it over. The other half of the tithe to go to the college's common fund. The count grants in addition*

*to the common fund a measure of corn in the mills of Étang from his demesne and the milling of the same free of charge at the said mills. [1120 × 1131]*

B = Evreux, Archives départementales de l'Eure, H 1753 (s. xii<sup>med</sup>) mutilated pancarte of collegiate church of Beaumont. C = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 2v (s.xiii<sup>med</sup>) quasi-original modelled on B. D = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 5v (s.xiii<sup>med</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 9, 14-15, from CD.

## B

In primis ergo ad hoc tale et tantum negotium dedit et concessit et confirmavit idem comes Gualerannus e[cclesiam sancti Petri de Bellomontello]<sup>a</sup> cum terris et decimis et omnibus eidem ecclesie pertinentibus et cum omnibus que Ricardus de Bellomontello in eadem uilla tenuerat tam in bosco quam in plano et in domibus et in viridariis et aliis rebus. ita tamen quod [Philippus decanus qui in earum rerum] acquisitione ad opus ecclesie sancte Trinitatis laborauerat, quam diu vixerit. nisi uiuens sponte dimiserit, medietatem decimarum eiusdem ecclesie cum omnibus aliis rebus eidem pertinentibus. de ecclesia sancte Trinitatis teneat et habeat. et [aliam medietatem decimarum habeat] ecclesia sancte Trinit(atis) ad communem panem. Dedi etiam ego comes Gualer(annus) ad predictum panem in molendinis [de Stagno de dominio suo unum modium frumenti. et molturam illius modii quietam in molendinis suis<sup>b</sup> de Stagno. Hec<sup>c</sup> comes Gualerannus sancte Trinitati Bellomontensi dedit<sup>d</sup> et canonicis. que voluit<sup>e</sup> et concessit<sup>f</sup> et iubuit<sup>g</sup> et confirmavit<sup>h</sup> ut in perpetuum habeat supradicta ecclesia sancte Trinitatis et monachi Beccenses in ea deo seruientes].

<sup>a</sup> text in square brackets inserted from phrasing of CD. <sup>b</sup> meis CD. <sup>c</sup> CD adds ego. <sup>d</sup> dedi CD. <sup>e</sup> volo CD. <sup>f</sup> concedo CD. <sup>g</sup> iubeo CD. <sup>h</sup> confirmo CD.

## No. 5 Beaumont-le-Roger, collegiate church of Holy Trinity

*Record of the count's confirmation to the college of the grant by Osbert de Bourneville of the church of St Peter of Bourneville (Eure) with lands, tithes and men as Osbert had held it of the alms of the count for the support of the common fund. Osbert also gave his hereditary allod in the village to the college and placed the grant on the altar of the college in the presence of the count and his barons [1120 × 1131]*

B = Evreux, Archives départementales de l'Eure, H 1753 (s. xii<sup>med</sup>) mutilated pancarte of collegiate church of Beaumont. C = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 3r (s.xiii<sup>med</sup>) quasi-original modelled on B. D = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 5r (s.xiii<sup>med</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 9, 15.

## C

Non multo post tempore Osb(er)tus de Burnenuilla monitu. consilio et concessu domini sui comitis Gualer(anni) concedente etiam et per chartam suam hoc idem confirmante H. rege Angl(orum). pro redemptione anime su[e dedit supramemoratae ecclesie sancte Trinitatis ad amplificationem predicte communitatis panis. ecclesiam] sancti Petri de Burnenuilla cum terris et decimis et hominibus et omnibus aliis rebus eidem ecclesie pertinentibus. sicut eam tene[bat de elemosina domini sui Gualeranni comitis Mellenti. Dedit etiam cum ecclesia totum alodium suum quod in eadem villa de me hereditarie tenebat. et quicquid] omnino tenebat in predicta villa tam in terris quam in hominibus et omnibus ...

<sup>a</sup> *CD continues*: aliis rebus de quocumque ea teneret. Hoc donum posuit idem Osbertus super altare sancte Trinitatis me presente concedente volente et baronibus meis stantibus et videntibus.

Osbert of Bourneville must be the same 'Osbern the clerk, son of Ralph the priest of Bourneville' who granted a house in Bourneville with ten acres of land to the abbey of St Peter of Préaux with the approval of Count Waleran (Cartulary of Préaux, fo. 134r).

## No. 6 Beaumont-le-Roger, priory of Holy Trinity

*Notification of a grant of a measure of corn from the mill of Étang (Eure, comm. Beaumont-le-Roger) for making bread for the monks during Lent, and four pounds rent from the mill to maintain a light in the church, with licence to fish in his streams at Beaumont for the feeding of the monks three times a year, on the feasts of Trinity and St Benedict and, following his death, at the count's anniversary mass. 1144 [25 December 1143 × 24 March 1145]*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 7v. (s.xiii<sup>med</sup>). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 4, p. 186, *du charrier de Bec* (s.xvii<sup>med</sup>) 'le sceau de cette charte est pendant, il represente d'un côté un homme à cheval tenant une espée nue à la main autour du sceau cette inscription, *Galerannus comes Mellenti*, et au revers du sceau il y a une semblable figure à cheval tenant d'une main un étendart et autour du sceau cette autre inscription, *Sig. Gal. comitis de Bellomonte*'. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 439 (s. xviii<sup>inc</sup>), from C. E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 153r (s. xviii<sup>inc</sup>), from C.

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 19. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 660, no. 37.

BC

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus<sup>a</sup> quod ego Gualerannus<sup>b</sup> comes Mellenti pro salute anime mee et antecessorum meorum dedi et concessi ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte et monachis Becci ibidem deo seruiantibus et seruituris in perpetuam elemosinam<sup>c</sup> unum modium frumenti in molendino meo de Stanno ad faciendum panem monachorum in quadragesima, et quatuor libras in eodem molendino ad emendum oleum ad luminare predicte ecclesie. Et preter hec dedi et concessi predictis monachis ut habeant libertatem piscandi per totam aquam meam de Bellomonte ad reficiendos fratres ter in anno, videlicet in festiuitate sancte et indiuidue Trinitatis et in festiuitate sancti patris Brendani<sup>d</sup> et post decessum meum in anniuersario meo. Et ut hec mea donatio firma sit in futurum presens scriptum sigilli mei feci munimine roborari. Actum est hoc anno ab incarnatione domini

M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XL<sup>o</sup>.III<sup>o</sup>. T(estibus)<sup>e</sup> Gaufrido archidiacono Turonensi Rogerio capellano Will(elm)o de Pinu<sup>f</sup> Rad(ulf)o de Monte aureo<sup>g</sup> Girolodo mansionario.

<sup>a</sup> presentibus quam futuris C. <sup>b</sup> Galeranus C. <sup>c</sup> eleemosinam C. <sup>d</sup> Benedicti C. <sup>e</sup> His testibus C. <sup>f</sup> C. adds constabulario. <sup>g</sup> Rodulpho de Monte aureo camerario C.

The feast of Brendan would be an unusual one for a Benedictine house to commemorate so solemnly, and the ‘sanctus pater’ is more likely to refer to the patriarch of monks, Benedict, as C. says.

## No. 7 Beaumont-le-Roger, priory of Holy Trinity

*Notification to his justices and prévôts of Meulan, Vaux-sur-Seine and Mantes (Yvelines) and all his butlers and servants, that the count has conceded to the monks that their grape harvest should be pressed free of custom and dues at the count’s wine-press at Vaux. The monks’ own wine and possessions – whether for use in his lands or carried through them – are to be free of all customs belonging to the count of his right and patronage [1142 × 1153]*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 9v (s.xiii<sup>med</sup>). C = Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13905 (Chronicon Beccense), p. 125 (s.xvii<sup>fin</sup>).

Printed, *Cartulaire de l’église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 25.

### B

[Gualerannus<sup>a</sup>] comes Mellenti omnibus iusticiis suis et prepositis suis de Mellento<sup>b</sup> et de Vallibus et de Medanta et omnibus pincernis suis et seruiantibus, salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse monachis sancte Trinitatis de Bellomonte ut acinum propriarum vinearum ipsarum prematur in torculari meo de Vallibus quietam ab omni consuetudine et exactione ad pressionem torcularis pertinentem. Et preter hoc ut proprium vinum monachorum predictorum et quecunque res ipsorum propria vel seruetur in terra mea vel ducatur per totam terram meam siue per aquam liberum et quietum ab omni consuetudine ad ius meum et protectionem meam pertinente. Testibus Willelmo de Pino Roberto de Furmouilla Radulfo de Bellomonte Hugone capellano Alano pincerna.

<sup>a</sup> Robertus B. <sup>b</sup> Mellenti B.

The identity of Waleran as the true originator of this writ, rather than his son, is clear from the attestation of Alan the butler, who gravitated to Angevin service by 1153 (see above, no. 1), and Ralph de Beaumont, who likewise moved to Henry II’s household after 1155 and died in 1170 (Crouch, *Beaumont Twins*, 36-7; *Fasti Ecclesiae Anglicanae, 1066-1300* 3, Lincoln, comp. D.E. Greenway (London, 1977), 135-6.

## No. 8 Beaumont-le-Roger, priory of Holy Trinity

*Notification that he has confirmed the grant made by Ralph de Grosley, with his consent and that of his family and Simon, Ralph's son, of the land of L'Épinay (Eure) which he held of the count. For this, the count has given twenty pounds of the coin of Chartres to Ralph by the agency of Robert, prior of Beaumont. Ralph will retain nothing in the land, but if the monks build houses there the rights of milling will remain to him and he will not refuse the priory's men their grain for milling. The monks' lordship will be acknowledged by him, and the monks' servants dwelling at L'Épinay will also go to his mill. Ralph and Simon conceded to the priory, in the count's presence and that of his son Robert, a carrucate of land which Adelis his aunt, wife of Robert de la Vacquerie, and her son Simon gave the church. Ralph retains the same rights to milling there as at L'Épinay. Beaumont-le-Roger priory. 14 July 1155.*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 10v (s.xiii<sup>med</sup>). C = Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13905 (Chronicon Beccense), p. 122 (s.xvii<sup>fin</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 27-8. Noticed, A. Le Prévost, *Notes et mémoires pour servir à l'histoire de la département de l'Eure* (3 vols, Evreux, 1862-69) ii, 207; A. Porée, *Histoire de l'abbaye du Bec* (2 vols, Evreux, 1901) i, 421; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 665, no. 55.

## B

Quoniam que a mortalibus geruntur veloci huius temporis cursu cito a memoria tolluntur a religiosis et sapientibus viris salubriter institutum est ut quod in ecclesia geritur carte representatione posteris quasi recens habeatur. Notum igitur fieri volumus tam presentibus quam futuris quod Radulfus de Grolai consilio et assensu mei Gualeranni comitis Mellenti et Roberti filii mei et Agnetis uxoris mee et Symonis filii predicti Radulfi de Grolai et ceterorum hominum et amicorum suorum dedit ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte et monachis Beccensibus in eadem ecclesia deo seruientibus in perpetua elemosina pro anima [sua] et parentum suorum totam terram suam de Spineto quam tenebat de me G. comite Mellenti. Quapropter ego comes G. dedi per manum Roberti prioris eiusdem ecclesie predicto Rad(ulfo) xx<sup>ti</sup>. libras Carnotensis monete que tunc currebat per meam terram. In ea vero terra non sibi retinuit Radulfus [ni]si monachi in predicta terra hospites instituerint multa eorum ibit ad molendinum predicti Radulfi. Si vero de eadem terra aliis hominibus locauerint siccam moltam de eis accipiet. Omne autem dominium monachorum ubi eis placuerit quietum deferetur. Famuli vero monachorum in eadem terra manentes vel in domibus monachorum siccam prebendam accipientes ad molendinum predictum ibunt. Concessit etiam idem Radulfus et Symon filius eius me presente et concedente et Roberto filio meo ecclesie sancte Trinitatis unam carrucatum terre quam Adeleis amita sua uxor Roberti de Vacaria et Symon filius eius predictae ecclesie sancte Trinitatis [dederunt]. In hac etiam terra predictus Radulfus moltam sibi retinuit sicut in supradicta. Has donationes ego Gualerannus comes Mell(enti) concedo et confirmo et successoribus meis cum predicta ecclesia seruandas et custodiendas committo. Actum est hoc publice .ii. idus iulii in ecclesia sancte Trinitatis. Anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.L<sup>o</sup>.V<sup>o</sup>. me presente comite et Roberto filio meo. astantibus etiam baronibus meis et hominibus. Will(elm)o videlicet de Pinu Roberto de Formouilla Roberto de Vetulis Willelmo de Bailleul.

## No. 9 Beaumont-le-Roger, priory of Holy Trinity

*Notification that he has confirmed the agreement between the priory and Ralph de Grosley by which Ralph quit the monks of all his milling rights in the lands at L'Épinay (Eure) which he and his cousin, Simon de la Vacquerie, had given the monks, the milling of which Ralph had kept back at the time of the grants. The monks in return quit Ralph in three measures of grain and six sextars, then worth one mark a sextar, totalling 30li. 2s. 6d., which Ralph owed them. Simon, Ralph's son, received from the count five shillings of Chartres coin as his recognition of this agreement. Ralph retained only the tithe of the land. Ralph placed a candlestick on the priory's altar in the count's presence on the conclusion of this transaction, with the count himself quitting his own rights. The cloister of Beaumont priory. 21 July 1162.*

A = Evreux, archives départementales de l'Eure, H 822.

120 × 250 + 20mm. Single central slit for tag, gone. Endorsed: Confirmatio Gualeranni comitis de omnimoda quietantia de terris de Spineto (s. xii); lxxvi (s. xiv).

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 11r (s. xiii<sup>med</sup>). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 4, p. 222 (s. xvii<sup>med</sup>) from B. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 543 (s. xviii<sup>inc</sup>), from C. E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 13, fos 18r-v (s. xviii<sup>inc</sup>), from C.

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 28-9. Noticed, A. Le Prévost, *Notes et mémoires pour servir à l'histoire de la département de l'Eure* (3 vols, Evreux, 1862-69) ii, 207. A. Porée, *Histoire de l'abbaye du Bec* (2 vols, Evreux, 1901) i, 421. E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 669, no. 71.

### A

Notum sit tam presentibus quam futuris. quod ego Gvalerannus comes Mell(enti), concessi et firmaui talem pactionem inter monachos sancte Trinitatis de Bellom(onte). et Rad(u)l(fum) de Grolaio, concedente hoc Rob(er)to filio meo. et Simone filio Rad(u)l(fi). Rad(u)l(fus) dimisit predicte ecclesie quietam, moltam de terris de Spineto. quas ipse et Symon de Uacaria cognatus eius, dederat ipsi ecclesie. et quam moltam ipse Rad(u)l(fus) prius retinuerat, quando ipse terre ecclesie collate sunt. Monachi autem, dimiserunt ipsi Rad(u)l(fo) quietos .iii<sup>es</sup>. modios frumenti. et .v<sup>e</sup>. sextarios. et .i<sup>am</sup>. marcarn ualentes tunc, xxx<sup>ta</sup>. unam libras. et .ii. solidos. et .vi. denarios. quod frumentum, ipse Rad(u)l(fus) debebat monachis. Simon uero filius eius recepit coram me .v<sup>e</sup>. solidos Carn(otensium) ex recognitionem, pro hac re. Et ita nichil omnino retinuit Rad(u)l(fus) in prescriptis terris, preter decimam. Et sicut determinatum est, posuit Rad(u)l(fus) per unum candelabrum super altare ecclesie me astante et quod ad me pertinebat quietum dimittente. [Actu]m est publice in claustrum ecclesie sancte Trinitatis. anno ab incarnatione domini .m<sup>o</sup>.c<sup>o</sup>.lx<sup>o</sup>ii<sup>o</sup>. xii<sup>o</sup>. k(a)l(endas) augusti. T(estibus). Rotb(erto) filio comitis. Rog(er)o capellano. Will(elmo) de Pinu. Rad(u)l(fo) Harpin et Will(elmo) filio eius. Will(elmo) de Veliis. Gaut(er)o vicecom(ite) et Sarraceno. Giroldo mansionario et Rotb(erto) fratre eius. Stephano filio Haimerici. et compluribus aliis. Heruico priore tunc procurante res ipsius ecclesie.

## No. 10 Beaumont-le-Roger, priory of Holy Trinity

*Notification to his prévôts and officers of Meulan and Mantes that the count has conceded an exemption to the monks on all duties in his lands on the wine and anything else they might buy for their own food and clothing that they might transport by land and river. The count will not tolerate their being charged any duty nor being troubled in any way, and will be more offended in such a case than if it were his own property at issue. [1142 × 1166]*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 8r-v (s.xiii<sup>med</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 21. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 670, no. 74.

### B

G. comes Mellenti prepositis et omnibus ministris suis de Mell(ento) et de Medunta, salutem. Sciatis me concessisse monachis meis de Bellomonte ut quieti liberi ab omni consuetudine emant per totam terram meam vinum et alia quecumque ad dominicum victum vel vestitutum eorum necessaria fuerint et per terram et aquam deducant. Precipio itaque ut firmum et ratum sit quod eis concessi et ne aliquis ministrorum meorum aliquam ab eis exigat consuetudinem nec eos in aliquo disturbet quia grauiter acciperem plus quam<sup>a</sup> de dominicis rebus meis. T(estes) Will(elmu)s Pipart Hug(o) de Maudestor Math(eus) de Bacceto Will(elmu)s de Pede in curte Will(elmu)s de Pinu et Robertus de Formeuill' et alii.

<sup>a</sup> fo. 8v. B.

## No. 11 Beaumont-le-Roger, priory of Holy Trinity

*Notification that he has conceded to the monks of Bec dwelling in his castle of Beaumont-le-Roger a man called John at Vaux-sur-Seine (Yvelines) with his house and an arpent of land to act as keeper of the vineyard the count has granted the monks. John is to be exempt from the taxation and duties owed to the count for his arpent and house, which he is to pay instead to the monks, namely, a sextar of oats, a halfpenny loaf, two cockerels and twelve pence, with one day's labour, and any tallage that the prior may charge him. [1142 × 1166]*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fo. 8v (s.xiii<sup>med</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 21-2. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 670, no. 75.

### B

G. comes Mellenti omnibus hominibus et ministris suis de Mell(ento), salutem. Sciatis me concessisse deo et monachis sancte Marie Becci commorantibus<sup>a</sup> in ecclesia de Bellomonte castro meo hominem unum apud Vals Johannem nomine cum toto arpento et hospitio suo ad custodiendam vineam quam ibidem dedi predictis monachis. Et volo ut sit quietus ab omni tallia et consuetudine ad me pertinente et volo ut quicquid mihi reddebat de arpento et



hospitio suo illis reddat scilicet unum sextarium de auena et panem unum de obolo et duas gallinas et duodecim denarios et unum diem de corueta et si prior predicti loci taliauerit eum facere poterit.

<sup>a</sup> comemorantibus B.

## No. 12 Beaumont, M. Richard de

*Letter to Ouen, bishop of Evreux, and the chapter of the cathedral church of St Mary, conceding the church of St Mary of Aviron (Eure) and its tithes to the cathedral, from the grant of Ralph de Garembouville and his sons Gilbert, Robert and Richard. The count promises his assistance should the grant be in any way lessened or abstracted. Being assured of the friendship of the bishop, the count solicits him as his lord and spiritual father and all the chapter of Evreux that they should concede the prebend lately belonging to Maurice son of Ralph de Garembouville to M. Richard de Beaumont, his household clerk. [19 April 1137 × 2 July 1139]*

B = Cartulary of the chapter of Evreux, Evreux, archives départementales de l'Eure G 122, fo. 19r, or p. 37 (s.xiii).

Printed (but wrongly attributed to Count Amaury I of Evreux), A. Le Prévost, *Notes et mémoires pour servir à l'histoire de la département de l'Eure* (3 vols, Evreux, 1862-69) i, 154-5.

### B

[Galerannus comes Mellenti]<sup>a</sup> .A. reuerendo dei gratia Ebroicen(s)i episcopo. domino suo et patri. totique capitulo sancte Marie. salutem et seruitia. Concedo et confirmo ecclesiam de Auyron et decimas ecclesie sancte Marie. quas Rad(ulfus) de Wareb(er)uilla et filii eius Gilleb(er)tus et Rob(ertus) et Ric(ardus) dederunt ecclesie, in perpetuum habendas. Quod si quis auferre uel diminuere uoluerint, promitto me defensurum. Nunc autem de amicitia uestra confisus. precor uos. ut dominum et patrem spiritualem totumque capitulum ut concedatis magistro Ric(ardo) de Bello monte familiari clerico meo prebendam illam que fuit Mauricii filii predicti Rad(ulfi). Test(ibus) Rob(erto) de Nouoburgo et Will(elm)o filio Rob(er)ti et Rob(erto) de Uetulis et Rog(ero) capellano.

<sup>a</sup> words inserted

For this prebend see *The Personnel of the Norman Cathedrals during the Ducal Period, 911-1204*, comp. D.S. Spear (London, 2006), 155, 159 (though it is implied there that Richard de Beaumont was a member of the Garembouville family). The identity of Waleran as the writer of this letter is clear from the personnel and witnesses it features. The letter must date from after the death of Count Amaury (18/19 April 1137), as it concerns lands in his honor which Waleran must be administering as guardian of the under-age Count Amaury II (died 1140). It must also date after the rapprochement between Waleran and his cousin, Robert du Neubourg in April 1137 (Crouch, *Beaumont Twins*, 33-5). The addressee, Bishop Ouen, died in England 2 July 1139.

**No. 13 Bec-Hellouin, abbey of St Mary**

*Notification that he has conceded to the monks, the grant made them by Ralph fitz Orielt, canon of Evreux, of his house and its site (in Evreux), saving its stone chamber, in alms. [April 1137 × 2 July 1139]*

B = Cartulary of Bec, Evreux, archives départementales H 91, fo. 77r, formerly fo. 302r (s.xiii) rubricated *terrae Ebroicensis*.

Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 652, no. 3.

B

Notum sit omnibus quod ego Galerannus comes Mellenti concedo ecclesie sancte Marie Becci donum quod fecit Rodulfus filius Orielt canonicus Ebroicensis. de domo sua et de toto mansionamento suo preter cameram petrinam inperpetuam elemosinam. iure hereditario possidendam. Test(es). dominus Audoenus Ebroyc(ensis) episcopus. Rob(er)tus de Nouo burgo etc.

For Ralph son of Orielt, see *The Personnel of the Norman Cathedrals during the Ducal Period, 911-1204*, comp. D.S. Spear (London, 2006), 158. For the date of this act, see no. 0.

**No. 14 Bec-Hellouin, abbey of St Mary**

*Notification to all his barons, French and Norman, to Walter prévôt of Meulan and his other officers that he has redeemed the monks' customary payment of a measure of wine annually at the time of the vintage for the vineyard called Hebdiart, this in return for some land in the valley of Hauville (Eure) next to the forest of Brotonne, which they had of the grant of Hugh Broc and John, for which the count owed the abbey fifty [shillings] a year according to an agreement he made with Abbot Letard. London. [May 1139 × September 1141]*

B = Montigny-le-Brettoneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 9 (Tituli Comitum Mellenti) no. 13 (s. xvii<sup>med</sup>).

B

Galeranus comes Mellenti omnibus baronibus suis Francis et Normanis et Waltero preposito Mellenti et omnibus aliis ministris salutem. Notum sit vobis et omnibus aliis tam presentibus quam futuris me dedisse monachis Becci in propria eleemosina modium vnum vini de vinea que vulgo dicitur de Hebdiart quod mihi annuatim in vindemiatione et consuetudine reddere solebant et hoc pro terra quadam quam predicti monachi Beccenses habebant in valle de Hasuilla iuxta forestam de Brotone de eleemosina Hugonis Broc et Ioannis. de qua singulis annis reddere solebam eisdem monachis quinquaginta [solidos]<sup>a</sup> ex consuetudine quam abbas Letardus et conuentus Becci mihi quiete et perpetuo concedunt. Testibus magistro Richardo capellano comitis Walerano de Mellento Willelmo de Pinu Willelmo de Bigart Ioanne de la Londe Willelmo Pedincurt et multis aliis apud Lundoniam anno 1115<sup>b</sup> ab incarnatione domini.

<sup>a</sup> suggested missing word <sup>b</sup> lined through in B and 1131 substituted.

Letard was abbot of Bec 1139-1149, therefore neither 1115 nor 1131 fits this deed. Since Waleran was in England from Easter 1139 to September 1141 this is the suggested date range, however, if the copyist misinterpreted MCXL as MCXV, there is the possibility that the original date was intended to be 1140. The witness list matches those of others of the count's acts issued in England in this period, see nos 00, 00.

## No. 15 Bec-Hellouin, abbey of St Mary

*Notification of his concession to the abbey of the dignities and customs which the church of Holy Trinity of Beaumont enjoyed throughout his lands, which the abbey is also to enjoy fully. Chapter house of Bec abbey. 1142. [probably 8 December 1142]*

B = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 4, pp. 185-6 (s.xvii<sup>med</sup>) 'ainsi marqué d'une croix, et au dessus est écrit *Signum Galerani comitis*, et scellé d'un sceau de cire rouge, sur lacs de cuir blanc'. C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 431 (s. xviii<sup>inc</sup>), *du chartrier de St-Nigaise*. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 143r-v (s. xviii<sup>inc</sup>), from B.

Printed, G-A. de la Roque, *Histoire généalogique de la maison de Harcourt* (4 vols, Paris, 1663) iv, 1350.

### B

Ego Galeranus comes Mellenti concedo deo et sancte Marie et similiter sancte Trinitati et monachis Beccensibus deo ibidem seruiantibus dignitates vero omnes et consuetudines quas ecclesia sancte Trinitatis hactenus habuit tam in bosco quam in plano sive etiam in aqua in omni potestate mea. Volo ego Galeranus comes Mellenti et concedo et precipio ut plenarie et pacifice et honorifice habeat et teneat. Et quoniam in actionibus secularium legum verum etiam in agendis ecclesiasticis. testes idonei adhibendi sunt, idcirco cum subscriptione mee proprie manus et testimonio mei sigilli nomina honestarum personarum tam secularium quam ecclesiasticarum que eidem negotio interfuerunt subscribi precipimus.

+ Ego Galeranus comes Mellenti relegi et subscripsi.

+ Rotrocius Ebroicensis episcopus.

+ Philippus Baiocensis episcopus tunc temporis ecclesie sancte Trinitatis decanus.

+ Galderius abbas Lire. + Bernerius de Lira.

+ Robertus de Novoburgo. + Henricus de Ferrariis.

Willelmus filius Roberti. Rogerius de Bosco. Matheus de Pot(er)ia. Willelmus de Pino connestabilis. Robertus de Fromovilla dapifer. Radulphus de Monte Aureo camerarius. Guillelmus de Bigard et Gislebertus frater eius. Willelmus de Pedincurt. Walterus frater eius. Walterus Bocherus. Wido de Briosnio. Willelmus de Turrevilla. Willelmus de Pontisara camerarius abbatis. Actum publice in capitulo Becci. anno ab incarnatione domini millesimo centesimo quadragesimo secundo.

Signum Galerani comitis

+

For the date, see the succeeding act containing the same witnesses, which offers an expanded version of the count's grants to Bec, and the date of 8 December. It is possible that the transcript in the spurious act below preserves the calendar date more fully, due to damage by wear and tear at the base of the original still to be seen in the seventeenth century.

## No. 16 Bec-Hellouin, abbey of St Mary

*Notification of his concession to the abbey of the dignities and customs which the church of Holy Trinity of Beaumont enjoyed throughout his lands, which the abbey is also to enjoy fully. Chapter house of Bec abbey. 8 December 1142. spurious*

B = Cartulary of Beaumont-le-Roger, Paris, Bibliothèque Mazarine, ms no. 3417, fos 3r-6v (s.xiii<sup>med</sup>). C = Evreux, archives départementales de l'Eure, H 814 (s. xv). D = Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13905 (Chronicon Beccense), pp. 15-16, partial copy (s.xvii<sup>im</sup>).

Printed, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, ed. E. Deville (Paris, 1912), 10-18.

### B

Quoniam preteritorum cognitio<sup>a</sup> maxime officio literarum quasi quibusdam vinculis retenta ad posteros transmittitur. Iccirco ea que tam presentes quam futuros latere non volumus, presenti pagine committenda decreuimus. Sicut enim ad dandum elemosinam expedit esse promptos, ita ad confirmandum quod datur. si quando aliqua occasione auferri potest oportet esse sollicitos. Iustum enim est ut quantum possibile est perpetuum fiat quod tribuitur cum certum est<sup>b</sup> eternum esse quod retribuitur. Quapropter ego Gualerannus comes Mellenti volo vt subscripta nostra datio presentibus apicibus ad noticiam posteriorum mandetur, quibus pia largitio ab ignorancia siue maliuolencia defensa in concussa stabilitate seruetur perpetua. Illius igitur aspirante gratia qui dat et bene velle et posse pro bona voluntate ad meliorandum statum ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte. et ad incrementum religionis in eadem future animum aduertens, consilio et assensu Rotroci Ebroic(ensis) episcopi et aliarum religiosarum personarum. necnon et baronum meorum eandem ecclesiam ut filiam matri, subiectam domino, cum omnibus rebus eidem pertinentibus quascumque uel auus meus Rogerius de Bellomonte fundator ipsius vel Rob(er)tus comes Mellenti pater meus. siue alii fideles ante presentem diem prefate ecclesie contulerunt, dono deo et sancte Marie Becci. et in perpetuum confirmo. et quoniam de donis aui mei Rogerii. et patris mei Roberti. et aliorum fidelium mentionem feci, libet ipsa dona ad memoriam reuocare, et in presenti carta nominare. concedere et confirmare. Rogerus de Bellomonte auus meus dedit deo et ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte in Mesnillo Herluini terram trium carrucarum. In Barco, terram vnus carruce. In Claromonte, terram .i<sup>us</sup>. carruce. In Nouavilla terram .iii<sup>um</sup>. carrucarum. In Fredeuilla terram trium carrucarum. terram videlicet que erat in dominio suo, quietam ab omni consuetudine sicut fuerat in dominio suo. et preter hoc siluam eiusdem ville sicut pertinebat ad villam dum erat in dominio suo. Vnicuique autem harum carrucarum, concessit quater .xx<sup>ti</sup>. et .x. agros terre. In Barco iterum, concessit .i<sup>am</sup>. masuram terre vbi canonici qui tunc deseruiebant supradicte ecclesie haberent horreum ad colligendas videlicet communes decimas. Concessit etiam de tota potestate Barci, et de villanis et de bordariis vnde campartum habebat .ii<sup>as</sup>. garbas decime. De sancto Leodegario Walteri. et de Valle Mainerii. et de terra Henrici filii Osulfi. et de terra Ogerii de Barco. et de terra Will(elm)i dispensatoris de Hanoeit et de terra Osulfi balistarii. et de terra Anchetelli filii Bosonis. et de terris que fuerunt villanorum que tunc erant in dominio suo, duas partes decime. De Bellomonteuilla. et de Bellomontello. vbicumque campartum habebat. et de omnibus suis culturis. et de terris francorum hominum que fuerunt villanorum

duas garbas decime concessit in omnibus predictis villis. De ouili Rubee fosse concessit plenariam decimam. de duobus ouilibus de Bellomonte villa similiter plenariam decimam videlicet lane et agnorum et caseorum. De vacariis de Alneto decimam plenariam. In Salerno terram .i.<sup>us</sup>. carruce et<sup>c</sup> decimam Ernoldi et villanorum et bordariorum eiusdem ville vndecumque campartum habebat duas garbas decime concessit. Item de molendino Salerni. et de porcaria. et de ouili et de censibus. et de foresta. et de pasnagiis<sup>d</sup>. et de forifactoris placitorum integram decimam donauit. De censibus et de pasnagiis de Combonio et de Barco et de Bellomonteuilla. et de Sarchinneio et de omnibus redditibus de foresta Barci. et de omnibus redditibus foreste que vocatur Occa. scilicet de venatione. de apibus. et de omnibus aliis exitibus qui inde exeunt. necnon etiam de beneficiis hominum in illis manentium et de forifactoris placitorum que exeunt de toto vicecomitatu Bellimontis citra et trans Risilam et de theloneo Bellimontis. et de censibus et de hortis et viridariis suis. necnon et de vinea sua inter castrum et ecclesiam sita. et de vineis que erant in dominio filiorum suorum ipsis concedentibus plenam et integram decimam concessit. Dedit etiam decimam de omnibus incrementis que ad cultum venerint tam in siluis tam in agris et que hactenus nulla habuit ecclesia in supradicto vicecomitatu. De theloneo Noui burgi. .vi. solidos ad luminare predictae ecclesie concessit. Concessit preter hoc supradicte sancte dei ecclesie .ii.<sup>os</sup>. molendinos ad quos videlicet venit moltura de Nouo burgo, et de Essartis et de sancta Oportuna. preter bladum sancti Pauli de Nouo burgo et molendinum Osueni cum communi moltura quam hactenus habuit. in quibus canonici suam molturam habuerent. et de aliis molendinis de Bellomonte decimam similiter concessit. In molendinis etiam suis de Stagno modium vnum frumenti de dominio suo concessit. De molendino Bresario decimam similiter donauit. et in eodem canonicis molturam suam quietam concessit. De theloneo Bellimontis de dominio scilicet suo .ix.<sup>ta</sup>. solidos predictae ecclesie concessit. Odoni pictori et canonico, domum suam in prebendam quietam concessit. De aqua Risile .xl.<sup>ta</sup>. perticas sancte prefate ecclesie similiter concessit. Seruitores canonicorum qui viuerent de eorum re propria quietos fecit ab omnibus consuetudinibus sicut essent et ipsi canonici. Alii vero homines canonicorum tales consuetudines haberent in siluis suis et in aliis omnibus quales haberent et illi qui essent in dominio suo. In forestis suis vbi alii darent pasnagium. porcos canonicorum quietos fecit. In liberata quam haberent burgenses in silua sua ad ligna capienda canonici haberent asinos et equos suos quietos. Concessit etiam canonicis sancte Trinitatis feriam constitutam in dedicatione eiusdem ecclesie. Has donationes Rogerus de Bellomonte, cum prefata ecclesia dedicaretur confirmauit laudante et concedente domino suo Will(elm)o rege expugnatore Anglie<sup>e</sup> et Normanorum duce. concedentibus filiis eiusdem Rogerii Rob(er)to comite Mellenti et Henrico comite de Warwic. in assensu et presentia Will(elm)i venerabilis Rothom(agensis) archiepiscopi. et Gisleberti Ebroic(ensis) episcopi. et Gisleberti Luxouiensis episcopi. Hec dona aui mei Rogerii sicut superius sunt nominata et determinata. ego Gualeranus comes laudo et ita libere sicuti vnquam canonici liberius habuerunt et concessa fuerunt, eis concedo monachis Beccensibus in ecclesia sancte Trinitatis deo seruiantibus. et seruatoribus et hominibus suis consuetudines omnes et libertates quas ut superius dictum est. auis meus seruatoribus et hominibus canonicorum canonicorum concessit. et volo et confirmo. Procedente autem tempore prefatus Rog(er)us auis meus dedit supranominate ecclesie sancte Trinitatis ecclesiam sancti Nicholai de Bellomonte et ecclesiam sancti Leonardi et ecclesiam sancti Crispini de Barco et ecclesiam sancti Albini de Bellomonte. cum terris et decimis et omnibus aliis rectitudinibus predictis ecclesiis pertinentibus. consilio et assensu predicti Gisleberti Ebroic(ensis) episcopi. et preter hec terram vbi fuit vinea Odonis pictoris et duas mansiones duorum canonicorum super calceatam viuarii et duas domos in Nouo burgo concessit predictae ecclesie sancte Trinitatis. Hec iterum dona ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte et monachis Beccensibus ibidem deo seruiantibus concedo et confirmo ego Galerannus comes Mellenti.

Regnante rege Anglorum Henrico. Robertus comes Mellenti pater meus de terris et honoribus quod in Anglia adquisierat dedit ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte manerium quoddam iuxta Hungrefort situm. nomine Odeuetonam ita quietum et liberum sicut ipse habebat in dominio suo. de rege Anglie Henrico. Et preter hoc ecclesiam de Blenefort de donatione vxoris sue Ysabelle comitisse de Mellent. et hoc fecit concedente et per cartam suam corroborante domino suo Henrico rege Anglorum. Eodem fere tempore predicta Ysabel<sup>f</sup> comitissa Mellenti mater mea dedit prefate ecclesie sancte Trinitatis ad luminare videlicet ipsius ecclesie .xx<sup>ti</sup>. solidos in theloneo de Bellomonte concessu Rob(er)ti comitis Mellenti patris mei. Has donationes patris et matris mee ego Galerannus comes Mellenti pro salute animarum eorum et mee. sancte ecclesie superne Trinitatis et monachis Beccensibus ibidem deo seruiantibus concedo et in perpetuum confirmo. Radulfus pincerna<sup>s</sup> dedit et concessit ecclesie sancte Trinitatis Bellomontensi vnam marcham argenti in Anglia de redditibus suis quoadusque aliud<sup>h</sup> assederet predictae ecclesie siue in terra siue in ecclesia. et hec ad duos terminos anni. scilicet ad terminum Purificationis. et ad terminum sancti Michaelis. in vnoquoque termino dimidiam marcham. vxor autem eius Auicia dedit predictae ecclesie de redditibus suis de Bellomonte .xiii<sup>cim</sup> solidos per annum. Pater eius Rob(er)tus filius Erchemboldi dedit predictae ecclesie sancte Trinitatis duas partes decime de Claiebroc pro x<sup>cem</sup> solidis quos eidem ecclesie promiserat. Gaufridus de Turuilla dedit supradicte ecclesie in Anglia per annum .x<sup>cem</sup>. solidos quousque assederet eos in aliis redditibus. Osbernus mansionarius dedit predictae ecclesie circumiacentem terram ecclesie sancti Albini cum horreo suo quod ipse ibidem fecerat. et in Nouo burgo vnam domum pro anima sua et vxoris eius. Tustinus Fuiareat dedit prefate ecclesie vnam domum que fuit Benardi Rage. Will(elmu)s de la Prea dedit eidem ecclesie agros de terra quam habebat in Mesnillo Isembert. Robertus Pipardus dedit predictae ecclesie sancte Trinitatis plenariam decimam de molendino suo de Merleuilla. Radulfus vicecomes de Bellomonte dedit predictae ecclesie terram quamdam quam habebat iuxta novos molendinos. Fromundus ianitor dedit predictae ecclesie vnam aream orti in capite calceate iuxta viuarium. Henricus capellanus factus canonicus dedit ecclesie sancte Trinitatis omnia que habebat in ecclesiis de Normanuilla. et de Chaer. et hec post decessum suum. in vita autem sua singulis annis .x<sup>cem</sup>. solidos. Radulfus de Grolaio factus canonicus concessit predictae ecclesie, ecclesiam sancti Petri de Huaneria. cum terris et decimis. et cum omnibus rectitudinibus eidem ecclesie pertinentibus. Robertus filius G(er)mani factus canonicus concessit eidem ecclesie medietatem decimarum quas habebat in Barco, in vita sua, post mortem autem suam, totum et domus suas de Rothomag(o). Has iterum donationes ego Galerannus comes Mellenti ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte et monachis Beccensibus ibidem deo seruiantibus concedo et confirmo. Post mortem Rob(er)ti comitis patris mei regnante adhuc Henrico rege Anglorum ego Gualerannus comes Mellenti pro anima patris mei Roberti comitis et mea. et antecessorum meorum et parentum et amicorum. in prefata ecclesia sancte Trinitatis ad honorem dei et ad amplificationem seruitii sancte illius matris ecclesie panem communem feci institui secundum consuetudinem videlicet sancte matris Ebroicensis ecclesie<sup>i</sup> et aliarum ecclesiarum hanc institutionem tenentium. Inprimis ergo ad hoc tale et tantum negotium dedi et concessi et confirmaui idem comes Gualerannus ecclesiam sancti Petri de Bellomontello cum terris et decimis et omnibus eidem ecclesie pertinentibus et cum omnibus que Ricardus de Bellomontello in eadem villa tenuerat. tam in bosco quam in plano et in domibus et in viridariis et aliis rebus ita tamen quod Philippus decanus qui in earum rerum acquisitione ad opus sancte ecclesie Trinitatis laborauerat. quamdiu vixerit nisi viuens sponte dimiserit medietatem decimarum eiusdem ecclesie cum omnibus aliis rebus eidem pertinentibus de ecclesia sancte Trinitatis teneat et habeat, et aliam medietatem decimarum habeat ecclesia sancte Trinitatis ad communem panem. Dedi etiam ego comes Gualerannus ad predictum panem in molendinis de Stagno de dominio meo vnum modium frumenti et

B = *Historiae Francorum Scriptores Coaetani*, ed. A. Duchesne (5 vols, Paris, 1636-49) iv, 585, no. 62, *ex codice MS. epistolarum Petri prioris sancti Ioannis evangelistae Senonensis qui est penes eruditissimum virum Iacobum Sirmondum*.

Printed, *Recueil des historiens des Gaules et de la France*, ed. M. Bouquet and others (24 vols, Paris, 1869-1904) xvi, 15-16, no. 69 (from B). French translation, A. Luchaire, *Etudes sur les actes de Louis VII* (Paris, 1885), 223. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 667, no. 63.

### B

Notum sit omnibus quod Parisius anno domini MCLVII [Galerannus] comes de Mellento honorem totum de Gornaco assecuravit regi contra omnes homines ad parvam vim et magnam ipsi et cuicumque balliuo. quod de parte regis venire cognosceretur. Ita quod homines terre cum rege irent sed ipsa nocte redirent. nisi pro amore plus remanerent. Et si rex malum faceret comiti in terra de Mellento. terra de Gornaco et totus honor pacem haberent. Sed si de eadem terra vellet rex exheredare comitem aut heres heredem tunc homines terre Gornaci essent cum comite. Proinde si quis forifaceret hominibus eiusdem honoris et ipsi stare vellent

ad iustitiam per regem: contra eum quicumque recusaret. hominibus de Gornaco rex esset adiutor. Has conuentiones de parte regis iurauit Guido buticularius. De parte comitis. Radulfus de Combellis. Raginaudus de Pompona. Guillelmus de Garlanda. Droco de Bri. Adam de Claci.

#### No. 58 Lyre, abbey of St Mary

*Notification to his vicomtes, prévôts and baillis that in his presence and in that of his court, Luke de la Barre resigned the church of La Barre (Eure) to the abbot and monks with its lands, tithes and presentation of its priest, about which there had been a dispute. Luke swore to honour this settlement in the count's presence. [1130 × 1166]*

B = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 4, p. 5 (s. xvii<sup>med</sup>) copy by Germain Ferrand, prior of Lyre, dated 1651, but incorrectly ascribed to Count Robert I of Meulan. C = MSS of the Marquise de Mathan, Collection Lenoir, t. 23, copy of lost cartulary of Lyre, pp. 465-6 (s. xviii<sup>inc</sup>). D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 585 (s. xviii<sup>inc</sup>) from B. E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 13, fo. 46v (s. xviii<sup>inc</sup>) partial copy from B. F = Inventory of Lyre abbey, Evreux, Archives départementales de l'Eure, H 590, fo. 163v (dated 1739) digest in French from A

#### BC

G.<sup>a</sup> comes Mell(enti) vicecomitibus prepositis balliuis<sup>b</sup> et omnibus hominibus suis tam presentibus quam futuris salutem. Notum volo esse omnibus et singulis quatinus Lucas de Barra coram me vidente curia mea dimisit abbati de Lire et toti conuentui Lire pacifice ecclesiam<sup>c</sup> de Barra cum omnibus apenditiis<sup>d</sup> suis<sup>e</sup> in terris et decimis tam in bosco quam in plano et cum his<sup>f</sup> nominatim presentationem presbiteri pro qua discordia inter eos fuerat exorta. Hanc autem ecclesiam ipsi predicti monachi in pace et quiete antiquitus tenuerant sed super predicta ecclesia inter ipsos monachos et Lucam orta controuersia. Hec concordia inter eos coram me facta est ipse vero Lucas hanc concordiam firmiter tenendam coram me iurauit. Itaque quod coram me facta est sigilli mei confirmatione teneri precipio. Testibus. Roberto dapifero<sup>g</sup>. Willelmo de Pinu. Radulfo Harpin. Radulfo de Grolaio. Yvone de Maril. Petro de Bosco Renoldi.

<sup>a</sup> R. B. <sup>b</sup> bailliuis C. <sup>c</sup> ecclesias B. <sup>d</sup> sic in BC. <sup>e</sup> p. 466 C. <sup>f</sup> hiis C. <sup>g</sup> Roberto dapifero et aliis, C. ends here.

#### No. 59 Lyre, abbey of St Mary

*Notification to his barons, justices and officers that the count has granted to the monks the house of Ralph Parsemain exempt from custom by river and road, and 2000 herring annually at the beginning of Lent. He places whatever the monks buy at Pont Audemer for their own provisons and for their own use outside and exempt from customs. [1130 × 1166]*

B = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 4, p. 5 (s. xvii<sup>med</sup>) copy by Germain Ferrand, prior of Lyre, dated 1651, but incorrectly ascribed to Count Robert II of Meulan. C = MSS of the Marquise de Mathan, Collection Lenoir, t. 23, copy of lost cartulary of Lyre, p. 466 (s. xviii<sup>inc</sup>). D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 591 (s. xviii<sup>inc</sup>) from B. E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 128v (s. xviii<sup>inc</sup>) partial copy from lost cartulary. F = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 13, fo. 46r (s. xviii<sup>inc</sup>) partial copy from lost cartulary. G = Inventory of Lyre abbey, Evreux, Archives départementales de l'Eure, H 590, fo. 249r (dated 1739) digest in French from A.

Printed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 677, and see 651, no. 9.

## BC

G.<sup>a</sup> comes Mellenti<sup>b</sup> baronibus et iusticiis<sup>c</sup> et prepositis et ministris et omnibus fidelibus suis salutem. Sciatis me dedisse et in perpetuum confirmasse sancte Marie et abbati et monachis de Lira domum Radulphi<sup>d</sup> Parsemain liberam ab omni consuetudine et per terram et per aquam et per singulos annos duo millia harencum<sup>e</sup> intrante quadragesima et quidquid emerint apud Pontem Audomari ad victum suum et erit eorum proprium foras ex omni consuetudine pono et liberos ex hoc omnino eos esse precipio in perpetuum. Testibus. Vuillelmo<sup>f</sup> de Pinu<sup>g</sup> et Rogero de Bosco et Roberto de Formouilla et Nicholao de Lunda.

<sup>a</sup> R. B. <sup>b</sup> Mell' C. <sup>c</sup> iusticiariis C. <sup>d</sup> Radulfi C. <sup>e</sup> harenc' C. <sup>f</sup> Willelmo C. <sup>g</sup> C. ends here with et aliis.

## No. 60 Matilda the empress, daughter of King Henry I

*Letter to the empress requesting her, for the love of God, that she maintain the abbey of Valasse and the alms he has given from his small resources and that she faithfully stand by them wherever they may be, so that they jointly share the benefit before God. He places them in her hands, after God's, to protect. [1157 × 1158]*

B = Cartulary of Le Valasse, Rouen, archives départementales de la Seine-Maritime, 18 HP 28, fo. 25r (s. xvi).

Printed, *Chronicon Valassense*, ed. F. Somménil (Rouen, 1868), 119; D. Crouch, 'Between Three Realms: the acts of Waleran II, count of Meulan and Worcester' in, *Records, Administration and Aristocratic Society in the Anglo-Norman Realm*, ed. D. Crook and N. Vincent (Woodbridge, 2009), 88-9.

## B

Domine sue karissime Matildi imperatrici filie magnifici regis Henrici .G. comes Mellenti salutem. Nobilitatem vestre pietatis propter amorem dei postulo quatinus eodem caritatis intuitu manuteneatis abbatiam nostram Vallis Azonis et elemosinas quas illi paupertas mea pro salute anime mee benigne contulit et fideliter ratas esse ubicunque sint faciatis ut eorum particeps coram domino esse possitis. Ecce in manu vestra pono eas post deum ad garantizandum.

## No. 61 Matilda the empress, daughter of King Henry I

*Letter to the empress and the king's justices of the Pays de Caux certifying that Richard de Boscabosc took from him twenty acres in return for a twenty-one shilling rent and an undertaking that he would make his home there and attend the count's pleas. He asserts that the land was part of La Haie-de-Lintot (Seine-Maritime) and provides the names of William de Honguemare and Humfrey du Vexin as being present and hearing the transaction. The count notes that he later gave the land, along with La Haie-de-Lintot, to the abbey of Valasse in alms. If it turns out that Richard or his sons have taken more land, the count asks that the empress and the justices, who offer justice to the country, should restore the alms to the abbey. [1157 × 1166]*

B = Cartulary of Le Valasse, Rouen, archives départementales de la Seine-Maritime, 18 HP 28, fos 24v-25r (s. xvi).

Printed, *Chronicon Valassense*, ed. F. Somménil (Rouen, 1868), 83-4.

### B

Matildi imperatrici Henrici regis filie domine sue karissime et omnibus iusticiis domini regis filii eius Caleto .G. comes Mell(enti) salutem. In ueritate recordor quod Ricardus de Busebosco accepit a me viginti acras terre per viginti unum census solidos. ita ut in eadem terra residentium faceret et placitis meis interesse deberet numquam fecit. Illa autem terra dicebatur<sup>a</sup> prius me tenuta et pertinebat ad Haiam de Lintot. Hoc itaque garantizo. Teste Will(elm)o de Hangamara et Hunf(rido) de Villoc(assino) qui hec presentes audierunt. Postea vero sicut notum est omnibus hanc eandem terram dedi abbatie Vallis Asconis cum tota Haia de Lintot et omnibus appenditiis eius in elemosinam. Si ergo Ricardus aut filii eius inde aliquid amplius occupasse videntur atque probantur. propter amorem dei precor vos qui patria iuste prouidetis quatenus elemosinas suas memorate abbatie ex integro restituatis.

<sup>a</sup> fo. 25r. B.

## No. 62 Meulan, leper hospital of

*Notification of the count's grant to the sick of Meulan of two and a half measures of wheat and a half measure of unmilled grain in his mills of Meulan at Lent, and three measures of wine at Aubergenville (Yvelines) at the time of the harvest, three sextars of salt; 1000 herring in Lent and twenty shillings from the prévôté of Meulan, as well as the tithe of his table whenever he is at Meulan, the measure of grain to be that of Meulan. Wednesday, 11 March 1142/43.*

B = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 419 (s. xviii<sup>inc</sup>) copie sur l'original. C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 137r (s. xviii<sup>inc</sup>) from a comparison of vidimuses of 16 June 1402 and 4 Jan 1481, which seem also to be the source of B.

Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 657, no. 29 (where regarded as suspect).

## C

Notum sit omnibus quod ego Walerannus comes Mellenti dedi infirmis Mellenti pro salute anime mee redditus istos in perpetuum habendos scilicet duos modios et dimidium frumenti et dimidium modium grosse annone in molendinis meis Mellenti in quadragesima reddendos. et tres modios vini apud Obergenuillam in vindemiis reddendos et tres sextarios salis et mille alecia in quadragesima et .xx. solidos de prefectura et decimam totius victus nostri quandiu nempe ero Mellenti et minatum annone Mellenti. <sup>a</sup>Hoc concesserunt Robertus filius comitis et comitissa<sup>a</sup>. Testes sunt magister Ricardus. et Elinandus sacerdos de Nunceniis et Johannes sacerdos infirmorum de Mellento. et Thomas clericus. Odo dapifer. Galterus de Longuessia. Rogerus archidiaconus Ebroicensis. Willelmus de Andeli. Geruasius. Galterus rusticus. Radulphus de Manneuilla. Henricus de Ponte aldemari. Willelmus de Caluimonte. Johannes sacerdos. Walerannus de Wateuilla. In cuius rei testimonium apposui sigillum leproserie ditorum infirmorum de Mellento. Datum anno domini millesimo centesimo quadragesimo primo. die mercurii undecima mensis martii.

<sup>a-a</sup> bracketed in B.

There are dating problems with this charter. The fact that 11 March 1142 was indeed a Wednesday establishes the year as what was intended by the dating clause. But Robert the count's son was almost certainly not born by then, as his parents could not have married before September 1141. The witness list is however consistent with a 1142 date. It is probably significant that Levrier's copy in B. has the clause *Hoc concesserunt Robertus filius comitis et comitissa* in brackets, which indicates that the phrase was an interpolation in one of the vidimuses he was copying, referring to separate acts. For Robert II's surviving act to the hospital, which may be the source of the reference, see no. 000.

### No. 63 Meulan, priory of St Nicaise

*Grant of ten pounds annually to the monks of Bec and St Nicaise on the day of the church's dedication, to be drawn from the tolls of the river Seine at Meulan. Meulan. 1120. [probably 11 October 1120]*

B = Cartulary of Meulan priory, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13888, fo. 18v (s.xiii). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection Duchesne, 22, p. 256 (s. xvii<sup>med</sup>). D = Montigny-le-Bretonneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 1 (Inventory of Meulan priory) fo. 3v (notice of 1645). E = Montigny-le-Bretonneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 3 (Chronicon S. Nigasii) pp. 169-70 (copy of 1672) *sigillum praenimia vetustate exciderat*. F = Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13905 (Chronicon Beccense), p. 120 (s.xvii<sup>fin</sup>) from B. G = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 300 (s. xviii<sup>inc</sup>) from A. H = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 72r (s. xviii<sup>inc</sup>) from B. I = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 20, p. 101 (s. xviii) from B.

Printed, *Recueil des actes de Philippe I<sup>er</sup> roi de France, 1059-1108*, ed. M. Prou (Paris, 1908), p. cxcv, n.; *Recueil des chartes de St-Nicaise-de-Meulan*, ed. E. Houth (Paris, 1924), 4-5. Noticed, *Cartulaire de l'abbaye de St-Martin de Pontoise*, ed. J. Depoin (Pontoise, 1895), 337; A. Porée, *Histoire de l'abbaye du Bec* (2 vols, Evreux, 1901) i, 240; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 649, no. 3.



## BE

[A]nno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XX<sup>o</sup>. ego Walerannus comes Mellenti filius Roberti comitis Mellenti pro salute mea et pro remissione peccatorum patris et matris mee et omnium antecessorum. dedi ecclesie <sup>a</sup>sancte Marie Becci<sup>a</sup> et sancti Nigasii de Mellento in die dedicationis eiusdem ecclesie sancti Nigasii decem libras denariorum per ununquemque annum de theloneo aque uidelicet Sequane que currit per Mellentum. Huic donationi interfuerunt testes. Walterius vicecomes de Mell(ento). et Willermus frater eius. et Theduinus filius prefati Walterii. Odo dapifer et Waleranus filius Hugonis filii Waleranni. Morinus de Pinu et Willermus frater eius. Ernardus de Quercu et Robertus Hay. Hunfredus cubicularius. et Ric(ardus) pincerna. Rogerus capellanus. Godefridus cancellarius.<sup>a</sup> et Eustachius filius Odonis dapiferi.

+ S. Gualeranni comitis	+ S. Maurini de Pinu
+ S. Vualteri vicecomitis	+ S. Odonis dapiferi
+ S. Vuillelmi Hai	+ S. Teuini filii W. vicecomitis
+ S. Rogerii capellani	+ Signum Godefridi cancellarii
+ S. Iohannis Harenc	+ S. Ricardi pincerne

<sup>a-a</sup> added in E. <sup>b</sup> B. ends here, the remainder is from E.

The day of the dedication of the priory church was likely to be its patronal feast, which would be 11 October, which would be just after Waleran's coming of age and entry into his inheritance.

## No. 64 Meulan, priory of St Nicaise

*Grant of the tithe of fish and of the mills served by the new pond at Les Gaudimonts (Yvelines, comm. Gaillon), with a concession of the tithe of fish the monks already have from the pond his father had built in Meulan, which his father had granted them. Meulan priory. Sunday 31 May 1131, after the processional mass.*

B = Cartulary of Meulan priory, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13888, fo. 23r-v (s.xiii). C = Montigny-le-Bretonneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 3 (Chronicon S. Nigasii) p. 307 (copy of 1672) *ex originali diplomata ... sigillum praeuētustate exciderat*. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 348 (s. xviii<sup>inc</sup>) from A. E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 111r (s. xviii<sup>inc</sup>) from A. F = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 20, p. 103 (s. xviii) from A.

Printed, *Recueil des chartes de St-Nicaise-de-Meulan*, ed. E. Houth (Paris, 1924), 5-6. Noticed, A. Porée, *Histoire de l'abbaye du Bec* (2 vols, Evreux, 1901) i, \*\*\*; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 651, no. 8.

## B

[I]n nomine sancte et indiuidue Trinitatis. ego Galerannus comes Mellenti pro salute mea et pro remissione peccatorum meorum dedi ecclesie sancte Marie sanctique Nigasii decimam piscium et molendinorum noui stanni de Gaudimont. concedens eidem ecclesie decimam piscium stanni quod pater meus fecit apud Mellentum. ipsa decima iampridem a patre meo

supradicte ecclesie data. Facta sunt hec apud Mell(en)tum in iamdicta ecclesia anno ab incarnatione domini millesimo centesimo tricesimo primo. dominica die post processionem<sup>a</sup>. astantibus omnibus qui processionem secuti fuerant. quos quia omnes nominare per longum est. aliquos ex eis idoneos testes proferimus quorum nomina subscripta sunt. Affuerunt<sup>b</sup> etiam<sup>c</sup> Galterius vicecomes. Willelmus constabularius. Odo dapifer. Drogo de Mellento. Galerannus de Mellento. Eustachius et<sup>d</sup> Odo filii Odonis dapiferi. Theodericus de Lusarchiis. Willelmus filius Roberti. Hugo de Bruelio. Paganus de Bascelmont et Odo filius eius. Ricardus Preco. Nicholaus Fulchardus draperius.

<sup>a</sup> processionem B. <sup>b</sup> fo. 23v. B. <sup>c</sup> et enim B. <sup>d</sup> word added.

### No. 65 Meulan, priory of St Nicaise

*Concession of the fair granted the monks by King Louis VI, they to hold it exempt for all customs and usages a fair would normally incur. None of his men or servants are to levy any dues or custom for anyone going to the fair, whose frequenters are not to be troubled in the business they do there or on their departure so long as they pay what they owe to the priory.*  
[1132 × 1137]

B = Cartulary of Meulan priory, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13888, fo. 18v (s.xiii). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 354 (s. xviii<sup>inc</sup>) from B. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 115r (s. xviii<sup>inc</sup>), from B.

#### B

[I]n nomine sancte et indiuidue Trinitatis. ego Walerannus comes Mellenti concedo ecclesie sancte Marie sanctique Nigasii de Mellento feriam quam Ludouicus rex Francorum ei dedit. Quare volo et concedo vt habeat liberam et quietam cum omnibus consuetudinibus et utilitatibus quas feria reddere solet. Nec presumat aliquis famulorum meorum aut hominum meorum ab aliquo ad feriam veniente exigere aliquid debitum vel consuetudinem scilicet quicumque ad feriam venerint. libere et quiete venient. libere et quiete negotia sua faciant. et libere et quiete recedant. Tantum modo ecclesie reddant quod debent.

The grant of the fair to the priory by Louis VI is dated 1132, Houth, *Recueil des chartes de St-Nicaise*, 6-7. It would seem likely that since Louis is not qualified in some way as ‘senior’, or ‘of blessed memory’, to distinguish him from his son that this curious confirmation was issued before his death.

### No. 66 Meulan, priory of St Nicaise

*Notifies his vicomtes, prévôts, barons and officers that he has granted to the monks of Bec and St Nicaise the church of St Nicholas of Meulan, reserving the life interest of the clerks currently serving there: Ralph de Montaure and the priests Robert and Herbert. On their*

*deaths, the monks are to appoint a priest who will conscientiously serve there. The transaction carried out by Richard, prior of Bec, by means of the knife of Ralph the cellarer, placed on the altar of St Mary at the collegiate church of Beaumont by direction of the count. Beaumont-le-Roger. Sunday 5 March 1139.*

B = Cartulary of Meulan priory, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13888, fos. 18v-19r (s.xiii). C = Montigny-le-Bretteux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 9 (Tituli Comitum Mellenti) no. 12 (s. xvii<sup>med</sup>). D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection Duchesne, 30, p. 529 (s. xvii<sup>med</sup>). E = Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13905 (Chronicon Beccense), p. 132 (s.xvii<sup>fin</sup>). F = Montigny-le-Bretteux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 3 (Chronicon S. Nigassii) pp. 311-12 (copy of 1672) *ex Beccensi cartulario*. F = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 407 (s. xviii<sup>inc</sup>) from B. G = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 130r-v (s. xviii<sup>inc</sup>) from B. H = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 20, p. 112 (s. xviii) from B.

Printed, *Recueil des chartes de St-Nicaise-de-Meulan*, ed. E. Houth (Paris, 1924), 13-14. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 652, no. 12.

## B

[G]alerannus comes Mellenti vicecomitibus et prepositis et omnibus baronibus et ministris et omnibus fidelibus suis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse ecclesie sancte Marie de Becco et ecclesie sancti Nigassii et monachis ibidem deo seruiantibus ecclesiam sancti Nicholai de Mellento in perpetuum possidendam. tali conditione quod clerici qui nunc eam tenent scilicet Radulphus de Monteureo et Robertus et Herbertus presbiteri in vita sua teneant. Quibus defunctis, predicti monachi .i.<sup>a</sup> presbiterum qui honeste ibidem seruiat, substituunt. Datio ista facta fuit apud Bellomontem in manu Richardi prioris ecclesie sancte Marie de Becco. per cultellum Rad(ulfi) cellerarii. anno incarnati uerbi .M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XXX<sup>o</sup>.IX<sup>o</sup>. dominica die ante caput ieiunii. tercio nonas martii. Et predictum cultellum per priorem misi ego super altare sancte Marie in testimonio et confirmatione huius donationis. Testes ex parte comitis, Robertus de Nouo burgo. Willelmus filius Roberti. Rogerus de Bosco. Willelmus de Pinu<sup>b</sup>. Robertus de Formouill'. Richardus Maluiel. Rogerus de Lexouuis. Ex parte ecclesie Becci Will(elmus) Luuell' de Iureio. Rad(ulfus) de Bellomonte. Galer(annus) de Mellent(o). Gaufridus de Turuilla<sup>c</sup>. Gisleb(ertus) de Bigart. Willelmus de Teodericiuilla. et Iohannes frater eius.

<sup>a</sup> fo. 19r. B. <sup>b</sup> Linu B. <sup>c</sup> Trouilla B.

5 March was the Sunday before Ash Wednesday in 1139, not 1140.

## No. 67 Meulan, priory of St Nicaise

*The count has seen and re-read the charters and documents which the monks had in their priory at Meulan concerning the benefices conferred on them by himself, his father and other predecessors. He has examined them and found each verified by seals and witnesses. Now, at the monks' request, he has had the various documents of his several predecessors collected into one text. He confirms to the monks of St Nicaise and Bec the toll of the market of Meulan as granted and confirmed by his ancestors Counts Waleran I and Hugh, and his*

*father Count Robert, to run from the striking of the hour of nones on a Wednesday to the striking of the same hour on a Thursday. This will be the toll of all manner of sales and purchases within that period. He recites his father's writ commanding his barons and men to treat the priory's tolls as if they were his own, forbidding them from interfering in any way with the business or passage of anyone attending the market. The monks are daily to intercede for him and his ancestors who had built the church at the altar of St Nicaise, and let them curse anyone who had diminished the church's alms. The only people to be free of toll at Meulan are to be the inhabitants of the town and castle, and the village of Tessancourt (Yvelines), as well as the servant of any knight residing at Meulan, who looks after a house of his outside Meulan and living at the cost of his lord, and also any servant of Wazo de Poissy who keeps his house at Ecquevilly (Yvelines). The count's prévôt is to pursue anyone fraudulently evading the toll owed to St Nicaise and, short of their life and limbs, to force them to pay the priory, with a further five shillings fine on top of it, which only the prior and monks may pardon. The count confirms the tithe of casks of salt carried by boat past Meulan; the tithe of his mills of Meulan, which the millers or the farmers of the mill are to pay in as good grain as the count would himself expect to receive; the tithe of fish of the millpond the count constructed at Mont Joie (Yvelines, comm. Tessancourt) and the tithe of another pond his father had made at Meulan; annually at the feast of St Nicaise the monks may have the pond fished so they may dine on it, and will receive from the count's prévôt five shillings on the same feast from the rent of the count's pigs, or the same sum on some other day they may prefer, and the cellarer of the priory is to have a measure of good wine from the count's cellar. Every Saturday the count's prévôt is to take or send a candle worth three pence to the priory church on the count's behalf. On the day's of the dedication of the priory church on the island of Meulan by Bishop Geoffrey of Chartres (1115-1149), the count gave the priory an annual rent of ten pounds from the toll of the river Seine at Meulan. On the same day, Walter vicomte of Meulan with the count's consent offered ten shillings annually from the the rent of boats he held in fee from the count, payable by the prévôt of Meulan to the sacrist of the priory as long as he held the fee from the count. If it happened that the count withdraw the fee his successor in it should continue to pay the ten shillings to the monks, because the count so willed it. The prévôt is to pay the monks 100 shillings of the ten pounds' rent at the beginning of Lent, and the other 100 shillings in the middle of Lent. The count confirms to the monks the church of St Nicholas in the new castle built above the island of Meulan as before given by his father; likewise the church of Ss Gervase and John in the quarter of La Grève in Paris; and the re-tithe of his ploughs at Vaux-sur-Seine, whether in demesne or held at farm, payable at the presentation of his writs to his prévôts or other officers by the monks. The count confirms the fair at Meulan granted the monks by King Louis VI to be held like any other fair without interference from his officers. These things and all other grants the priory has had from its first foundation, the count concedes the monks. Chapter house of the priory of St Nicaise. 1141. [September 1141 × 24 March 1142]*

A<sup>1</sup> = Montigny-le-Brettoneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 9 (14).

486 × 570 + 45mm. Two central slits for white leather tag 15mm wide, showing where base fold has been flattened out, seal gone. Endorsed: Carta Galeranni comitis Meullenti de omnibus iuribus et pertinentiis prioratus de Meullento (s. xiv); T(i)t(ul)i comitum .xxiiii. (s. xiv); donation de saint Jehan en Greue (s. xv).

A<sup>2</sup> = Montigny-le-Brettoneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 9 (unnumbered).

518 × 590 + 80mm (approx). Three central slits for threading yellow silk cords, retaining a yellow and gold silk bag, but the seal cut off. Endorsed: T(i)t(ul)i comitum .iiii. (s. xiv); Concessio generalis ... G. comitis de ...de theloneo .. ab hora ...de decima salis ...in festo sancti Nig(asii). de uno porco uel .v. solidis et .i. modio' uini de candela in ... et .x. libris

in dedicationis .. de dono Galter ... de .v. solidis de dono Sym ...de secunda carruca de V...  
(s. xiv).

B = Cartulary of Meulan priory, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13888, fos 19r-21r (s.xiii). C = Cartulary of Meulan priory, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 13888, fos 21r-23r (s.xiii). D = Paris, Archives nationales, K 191, no. 1<sup>8</sup> (s. xviii) copy of a vidimus by the prévôt of Meulan dated 1297. E = Montigny-le-Bretonneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 1 (Inventory of Meulan priory) fos 3r, 7r, 10r (notices of 1645) describing A<sup>1</sup> and A<sup>2</sup>. F = Montigny-le-Bretonneux, Archives départementales des Yvelines, 24 H 3 (Chronicon S. Nigasii) pp. 313-19 (copy of 1672) from A<sup>1</sup>, with facsimiles of seal faces (p. 319), the obverse with sword and legend: SIGILLVM GVALERĀNNI COMITIS MELLENTI, the reverse with banner and legend: SIGILLVM GVALERĀNNI DOMINI WIGON. G = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, pp. 413-17 (s. xviii<sup>inc</sup>). H = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fos 133r-135v (s. xviii<sup>inc</sup>).

Printed, *Recueil des chartes de St-Nicaise-de-Meulan*, ed. E. Houth (Paris, 1924), 15-20, from B.

Noticed, G-A. de la Roque, *Histoire généalogique de la maison de Harcourt* (4 vols, Paris, 1663) iv, 1345; *Cartulaire général de Paris, 528-1180*, ed. R. de Lasteyrie (Paris, 1887), 275, no. 285; *Recueil des actes de Philippe I<sup>er</sup> roi de France, 1059-1108*, ed. M. Prou (Paris, 1908), p. cxcvi, n.; *Cartulaire de l'abbaye de St-Martin de Pontoise*, ed. J. Depoin (Pontoise, 1895), 408; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 656, no. 26.

#### A<sup>1</sup>

Sepe contingere solet ut bene gesta parentum perturbet successio filiorum, dum de rebus ecclesie dei collatis minus sufficiens adhibetur testium cautela uel non super est carta uiuacior. Hoc attendens ego Galerannus comes Mellenti. uidere et relegere uolui cartas et munitiones quas habebant monachi in ecclesia beati Nigasii martiris diuinis excubiis insistentes, super beneficiis eidem monasterio tam per me quam per patrem meum et per antecessores meos diuersis temporibus ad honorem dei collatis. Vidi igitur eas. legi singillatim et inueni easdem omnes non minus sigillis quam testibus munitissimas. Petitioni autem monachorum adquiescens, diuersas diuersorum antecessorum meorum scedulas in unius carte corpus colligi et sigillo meo muniri precipi. Concedo igitur in nomine Christi Jehsu et perpetuo iure confirmo possidendum beato Nigasio et Beccensibus monachis in ipsius ecclesia deo famulantibus. theloneum mercati de Mellento integraliter sicut a predecessibus meis Galeranno et Hugone comitibus et Roberto comite patre meo donatum et confirmatum est. uidelicet ab hora qua signum ad nonam sonuerit quarta feria in ecclesia beati Nigasii usque ad horam quinte ferie qua iterum in eadem ecclesia signum ad nonam sonuerit. Erit itaque theloneum uniuersorum indifferenter que in eodem mercato Mellenti infra prescriptum terminum uendentur aut ementur, sub iure beati Nigasii ad usus monachorum perpetuo profuturum. Precor etiam atque precipio iuxta quod in antiqua patris mei carta continetur. omnibus baronibus seruientibus atque fidelibus meis. ut mercatum sancti Nigasii custodiant et attrahant melius quam si theloneum esset meum proprium. Insuper et eisdem prohibeo super fidelitatem quam michi debent ut nichil omnino a mercatoribus accredant neque ui auferant nec eosdem ineundo aut redeundo uel in ipso mercato qualibet occasione disturbent. quia dei gratia opus inde non habeo. Precipio denique ut prefati monachi omnes cotidie ante altare sancti Nigasii et me et antecessores meos qui beati martiris ecclesiam a primo lapide fundauerunt absoluant et benedicant. eos uero qui eam in aliquo decrescunt uel rescindunt de quibuslibet elemosinis ad eandem pertinentibus. et de mercato nominatim, ex parte dei omnipotentis excommunicatione perpetua maledicant. Excipiuntur autem a thelonei solutione isti soli quos inferius subscribendos curauim. omnes uidelicet infra castrum Mellenti et Mellentium uillam et uillam de Tessencort usu cotidiano commorantes. aut

famulus alicuius militis apud Mellentum residentis. custodiens aliquam domum domini sui extra Mellentum positam. et uiuens de pane domini sui, si tamen ipsa domus est de feodo Mellenti. famulus etiam Gazonis de Pixiaco custodiens domum ipsius de Fresnis. Siquis alius deprehensus fuerit theloneum fraudulenter celasse uel modo quolibet beato Nigasio abstulisse, prepositus comitis de eo uindictam faciat. et salua eius uita et menbris primum quidem cogat eum reddere ecclesie theloneum quod abstulerat. deinde quinque solidos pro forisfacto ablati thelonei priori aut monachis eiusdem monasterii assignari compellat. Quos quinque solidos nullus condonare poterit excepto priore aut monachis ad quos indubitanter pertinere cognoscuntur. Preterea scriptione presenti confirmo et ecclesie beati Nigasio concedo absque ulla retentione totam decimam salis de reddito truncorum salis per aquam transeuntium et decimam molendinorum meorum de Mellento quorum molendinarii aut molendinorum firmarii tam bonum bladum ecclesie reddere debent, quam bonum ad meos proprios usus seruientes mei ab eisdem recipient. Decimam quoque piscium stanni quod ego feci iuxta Gaudimontem. et decimam piscium alterius stanni quod fecit pater meus apud Mellentum et per singulos annos in festiuitate beati Nigasio unde plenarie reficiantur in eodem stanno monachi piscari faciant. In qua festiuitate prepositus Mellenti annuatim de reddito comitis porcum quinque solidorum aut quinque solidos sicut ipsi monachi maluerint debet eis ex more reddere. et celarius comitis unum modium boni uini de uino comitis. Candelam etiam precii trium denariorum de reddito comitis debet prepositus eius unoquoque sabbato portare aut mittere ad ecclesiam sancte MARIE sanctique Nigasio pro comite. In dedicatione preterea quando ecclesia infra insulam Mellenti in honore beate de genetricis Marie et sanctorum martirum Nigasio Quirini et Scuiculi a uenerabili Gaufrido Carnotensium episcopo consecrata est, ego Galeranus comes Mellenti dedi deo et beatis martiribus de reddito nauium ante castrum Mellenti per fluuium Sequane transeuntium decem libras denariorum apud Mellentum publice currentium. annuatim iure perpetuo in monachorum usus transituras. Galterius etiam uicecomes Mellenti sub eadem dedicationis die me presente et concedente spontaneus optulit eidem sacrosancte ecclesie decem solidos denariorum quos in feodum de predicto nauium redditu a comite Mellenti tenebat. singulis annis a preposito Mellenti dum comes ipsum feodum sibi retinet secretario beati Nigasio persoluendos. Quod si illud de manu sua comes iecerit. quicumque ipsum feodum tenuerit ipsos decem solidos prefate ecclesie reddat. quia eius elemosinas nolo minui sed augeri. Decem uero librarum quas ex beneficio meo prefata ecclesia consecuta est, centum solidos ad introitum quadragesime et centum solidos mediante quadragesima prepositus comitis Mellenti priori aut monachis eiusdem loci annuatim sine aliqua cunctatione assignabit. Concedo nichilominus ego Galerannus comes Mellenti et sigilli mei munitio confirmo deo et ecclesie beati Nigasio martiris ecclesiam sancti Nicholai in nouo castro extra insulam Mellenti constitutam. sicut ex dono patris mei prius acceperat in perpetuum possidendam. similiter et ecclesiam sancti Geruasii et sancti Iohannis que sunt Parisius in uico qui dicitur Greua. Sed et secundam decimam post primam decimationem de domestica carruca mea de Uallis siue in manu mea sit siue ad firmam uel censum eandem aliquis de manu mea receperit, uidelicet pro breuibus meis que monachi beati Nigasio facere debent ubi a preposito comitis uel aliis seruientibus eius rogati fuerint. Feriam quoque quam nomine alio mercatorum nundinas uocant sicut Lodouicus gloriosus Francorum rex apud Mellentum ecclesie beati Nigasio scripto proprio confirmauit. ego post modum libens et deuotus concedo cum omnibus consuetudinibus et utilitatibus quas feria reddere debet. Nec presumat aliquis famulorum aut hominum meorum ab aliquo ad ipsam feriam ueniente aliquod debitum uel consuetudinem exigere. sed quicumque ad eandem feriam uenerint libere et quiete ueniant. libere et quiete negotia sua faciant. et libere et quiete recedant, prefate ecclesie tantummodo debitum reddentes. Vniuersa denique que a primis suis fundamentis ecclesia beate Marie dei genetricis sanctique Nigasio martiris in insula Mellenti constituta largitione predecessorum meorum uel oblatione quorumlibet fidelium usque ad

tempus meum conquisiuit uel deinceps conquistura est siue etiam iure emptionis, ego Galerannus comes Mellenti in nomine Christi Iesu pro redemptione animarum patris mei et omnium parentum meorum et propria mea salute. presentis carte munitione confirmo et proprii sigilli mei impressione corroboro, ad honorem dei omnipotentis et perpetue uirginis Marie et sanctorum martirum Nigasii, Qvirini et Scuuculi necessitatibus monachorum ibidem deo famulantium in perpetuum profutura. Acta sunt hec aput Mellentum in capitulo beati Nigasii anno ab incarnatione domini .M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XL<sup>mo</sup>.I<sup>mo</sup>. presente et hec omnia confirmante Galeranno comite Mellenti. Lodouico glorioso Francorum rege Francis et Aquitanis celebriter imperante. presentibus et testificantibus Philippo Lincoliensis ecclesie decano. Matheo de Monte Morencio. Rob(er)to de Nouoburgo. Hvgone de Gisorcio et Theobaldo fratre eius. Rob(er)to de Frumouilla. Radvlfo de Monte aureo. Garnerio preposito Mellenti. Baldrico de Bosco. Gaufrido Bertranni. Nicholao de Lunda. DATA PER MANVM ROGERII CANCELLARII.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> CAPELLANI *in A*<sup>2</sup>.

The charter has to have been issued after Waleran's return from England in September 1141, and the likelihood is that it happened not long after, as he clearly here is not married to Countess Agnes, which he had been by March 1142. Louis VII's movements do not much help the dating. Philip de Harcourt had been elected bishop of Bayeux by June 1142.

## No. 68 Neubourg, Robert du

*Notification that he has come to an agreement with his cousin Robert du Neubourg by which he concedes to him and his heirs the 300 pounds Robert had annually at Pontaudemer from the lord of Normandy, whether the rents of the town increase or decrease. In return for a third share of the mills there the count concedes eighteen pounds in the rents of Pontaudemer which share Robert likewise held from the lord of Normandy. The count grants him forty pounds further there annually and the house of Peter son of Ansgar at the seaward end of the island of the town, exempt of charges. In the new bourg (the faubourg St-German of Pontaudemer) the count gave him the house he gave Robert Frawin and twelve feet of land of the house of Robert de Pourhoët, which were in contention. Grant of twenty pounds annually a house and three acres of meadow at Brionne. Grant of whatever the count has at Vitot (Eure) and at Meulan an exemption, as also to his men at Mézy-sur-Seine (Yvelines) and at the count's part of Mantes (Yvelines); and three acres of the count's meadow at Rouen. In return for this agreement, Robert agrees to become the count's man against all others reserving his faith to the lord of Normandy. Robert quit all claims and pleas he had against the count's lands and tenures and offered security by an oath of his faithful service against all who wished to do harm to the count's lands or any other of his possessions. The count makes a corresponding pledge to Robert. Robert likewise gave security that he would not deny the count entry to his castle for making warfare against all who attacked his lands. A note that the count gives Robert the stone house the weavers had at Meulan. [September 1141 × December 1142]*

B = Cartulary of St-Pierre-de-Préaux, Evreux, archives départementales de l'Eure, H 711, fo. 39r-v (s.xiii<sup>inc</sup>). C = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 89v (s. xiii), partial notice. D = Cartulary of St-Pierre-de-Préaux, Paris, Bibliothèque nationale, ms latin 1929, fos 28v-29r (s. xv) from B.

Printed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 679; D. Crouch, 'A Norman *conventio* and bonds of lordship in the middle ages' in, *Law and Government in medieval England and Normandy. Essays in Honour of Sir James Holt*, ed. G. Garnett and J. Hudson (Cambridge, 1994), 321-3; *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, ed. D. Rouet (Paris, 2005), 210-12.

Noticed, *Calendar of Documents preserved in France i, 908-1216*, comp. J.H. Round (London, 1899), 114-15; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 658, no. 31.

## B

Gualerannus comes Mellent omnibus dominis et hominibus et amicis et fidelibus suis tam presentibus quam futuris, salutem. Notum sit omnibus vobis hanc conuentionem esse inter me et Robertum de Nouoburgo cognatum meum. Concedo ipsi et heredibus ipsius in perpetuum .ccc. libras quas habet in Ponte audomari de domino Normannie. siue redditus ville crescentur siue minuantur. Et pro tertia parte molendinorum concedo ipsi .xviii. libras in redditibus de Ponte audomer quam partem similiter tenet de domino Normannie. Dedi etiam ipsi in Ponte audomer .xl. libras per annum et domum Petri filii Ansgeri in capite insule liberam et quietam. et in nouo burgo meo dedi ei domum quam ipse dedit Roberto Frawino et .xii. pedes terre de domo Roberti de Pourehait. qui erant in calumpnia. Dedi quoque ei apud Brioniam .xx. libras per annum. et domum unam et .iii. acras de prato et apud Witot' quicquid ibi est de feudo meo. Et apud Mellent liberas consuetudines et hominibus suis de Meisa<sup>a</sup> et apud Medantem, de parte mea. Et apud Rothomagum .iii. acras in prato meo. Et pro hac conuentione factus est homo meus contra omnes homines salua fidelitate domini Normannie. Et clamauit ad quietas omnes calumpnias et querelas que erant inter nos. Et assecurauit mihi iuramento omnes terras et tenuras meas. et fidele auxilium contra omnes qui mihi vellent male facere de terra siue de aliqua possessione mea. et ego similiter ipsi. Assecurauit etiam mihi<sup>b</sup> quod non prohiberet mihi castellum suum ad guerrificandum omnes qui terra mihi vellent auferre. Ego quoque dedi ei domum lapideam que fuit texorum apud Mellent. Huius autem conuentionis testes sunt. Agnes comitissa. Willelmus de Pinu. Nicholaus de Lunda. Robertus de Formouilla. Johannes de Maigni. Leo de Medanta. Willelmus de Hanghemara. Alanus de Neuilla. Thomas de Spineto. Paganus. et Radulfus de Bardeuilla. Robertus Canutus. Robertus de Osmundiulla. Henricus de Ponte audomer et aliis.

<sup>a</sup> hiatus here in B. <sup>b</sup> fo. 39v. B.

The most likely date is after Waleran's return from England in September 1141 and indeed after his marriage to Agnes, which had to have occurred during the subsequent winter. Robert appears in Waleran's entourage before the end of 1142 (see no. 00), and was enjoying the revenues at Brionne by the end of 1143 (Crouch, 'A Norman *conventio*', 303).